et non vis admittere. Citaris igr ad videnz et audienz sup te banitionem decerni, et per Mnialem pubcan ad omnium notitiam deduci, premissa Judlis, sis attentaturus et adea . Datum in Castro Lublinen feria secunda post Dnicam Jubilate proxa Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Duodecimo.

Et post premissam propositionem suam, deducto parti cittae legitimo termino, tum contentis cittois sua verificatt, petiit eam ad procedenz compelli, Ressuatis ressuanz. Citatus vo ressuatis sibi oibq iuris remediis, ad eam pntem necessarijs et salua ignorantia asserti processus deduxit Judio pnti male obtentu processu esse siquiz ipm non obseruatis iuris gradibus obtinuit, Ressuatis ressuanz. A contrario Actor processu suu bene et legitime, obseruatisq gradibus iuris obtentu esse docuit, et authentice comprobauit. Siquiz cittoes omnes, cum citum extradita eis citto ad notitia deuenerunt, prut id ex rellationibus Mnialis videre licet, Ressuatis de iure ressuanz.

Et Judium pnis Caple Castren Lublinen, contrqs partium, Actor personaliter, cittae vo per Nobilem Cristophoru Matczynsky, plentem suu, cora se factis, bene diligq exauditis et intellectis, bene obtentu esse processu adinuenit, et citto ulterius procedere decreuit.

Quam sententiam et Decretum pnis pars citta pro iure non suscepit, nec in eo acquiescere voluit, verum ab eo et cum eodem, Magnificum Joannem Firley a Dambrowica Capneum Lublinen, ad Judicia Ordinaria Gnalia Tribunal Regni Lublinen proxe celebran, per Mnialem Gnalem Regni Nobilem Joannem Zalesky mouit seu appellauit. Terminum ipsi sententiae expurgan, sibi vo et parti motionis et causae suae prosequen, inter Causas Pallatinatus Lublinen prefigendo.

Quam motionem prefatus Magnificus Dnus Capneus Lublinen parti cittae admisit. Terminum partibus modo premisso inter Causas Pallatus Lublinen Conseruando.

Inter Sicz et Rudmiciowsky Ad Scrutinium.

Coram

Coram Iudicio Capitali Castren. Oswiecimien. stans personaliter Honestus Wyrzasalius Sicz, de Angulo Trzesiogon, Honesti olim Trixmanj Kostrzuszek filius, cum Honesta Briccia Powalanka procreatus, Nobilem Otrebolium Rudmierowsky, in paterna linia sibi proximum, ex Regestro Causarum Iudicij eiusque Iudicis per Ministerialem acclamari fecit.

Plenipotens autem praedicti Sicz, Famatus Kurowicius Bocren, frater ipsius amitinus, post acclamationem praefati principalis sui, affectavit à Iudicio praesenti addi sibi Ministerialem, ad omnia circa praemissa necessaria: quod à Iudicio praesenti obtinuit.

Tamque plenipotens suprascripti Rudmierowsky, post additionem sibi Ministerialis Iudicio praesenti astantis, affectavit à Iudicio praesenti, quatenus eundem Actorem arrestum, tanquam personam vagabundam, plebeiam, et causam calumniae plenam, contra citatum promoventem, in carceribus detineat, tantisper, donec pareat iuri et rei iudicatae, vel fideiussores bene possessionatos de praemissis statuat.

Verum Actor arestum sui uti persona satis bene possessionata, quod tempore et loco suis commonstrabit, nec esse necessarium deducebat siquidem id citatus nullo iure aut Statutis Regni, nec usu et consuetudine probare potest: Sunt quoque illi certa bona in praedicto Angulo Trzesiogon consistentia, quae pro possessione censeri possunt, iura quoque dictant, neminem esse captiuatum nisi iure victum.

Et Iudicium praesens, controuersijs partium, Actoris personaliter citati vero per Famatum Kurowicium Bocren, plenipotentem, coram se factis bene diligenterque exauditis et intellectis, Super affectationem citati de Arestatione Actore, sententia sua interlocutoria adinvenit, non posse citatum Actorem iure non convictum, nec ullum processum, aut sententiam Iudicialem super ipso in praesenti termino deducentem per ipsum scrutinij habente circa Iudicium suum arestare. Verum partibus iure secum experiri decrevit. De quo plenipotens praedicti Rudmierowsky, contra totumque Iudicium solenniter est protestatus. Iudicium quoque reprotestatum est. Curia nixum iure com̄i fecit.

Proposuit

Proposuit itaq memoratus Sicz Actor, coram p̄nti Judicio, cont infrascriptum cittum, ex cittone sua infrascripta tenoris talis:

Bydlius Koczwal Starodupen̄ etc Capneris. Tibi Famato ac forsan Nobili Otrebolio Rudmiczowsky, de persona bonisq tuis oibus mobilibus, vigore Regio et nra Capneali autte mandamus, ut coram nobis seu Judicio nro Capli Castren̄ Opiolkauien̄, in Terminis Judiorum feria qualibet cellebrandis personaliter peremptorieq compāres. Ad instantiam Honesti Wytrdąsatij Sicz, de Angulo Trzesiogon, Honesti olim Trixmanj Kostroussek, filij, cum Honesta Briccia Powalanka procreati: olim Biemek Marculi in quarta progenia succonis. Suistacij Kuczta. Qui te citat ad expediendum et deducendum cont te scrutinium, testesq ad inuestigandum rei veritatem inducendum, in causa necis p̄dicti olim Suistacij Kuczta per te cum famulis et complicibus tuis, ex concussione eius baculo capitis, veluti serpenti, ad expellendum cerebrum: prout de hoc protto et obductio proclamoq capitis p̄fati in Actis nris facta, latius testantur. Ad eidem itaq et audien̄ deductionem scrutinij p̄dicti, per Judicium nrum Caple decerni, aliaq eo in negocio fieri solita, peragi, et contra te procede, contumatia non obstante. Datum in Castro Starodup in crastino diluuij. Anno Dni Millesimo Vigesimo Primo.

Et Judicium p̄ns, in vim lucri in contumaciam citti, ad affectationem actor ad deducendum scrutinium cont cittum, p̄fatum actorem admisit, prius tamen iuramento p̄dicti actor p̄stito, de non corruptione Famatorum Sicz, Kuczek, Zamsik, Rudmey, Gnieosol, Trzesiogon, Kuczta, Opiolka Sulbris, Trixman, Bochen, Kostroussek, Testium suorum sibi inserere similium.

Quoniam vero Actor iuramentum corporale de non corruptione et non conductione testium p̄dictorum p̄stitit, et iux formam iuris executus est, Ideo Judicium p̄ns ad examinationem testium accessit, et testimonia eorum in occluso rotulo parti actor extraditure obtulit.

Et hic in continen̄ plens suprascripti citti, de nullitate scrutinij per illegitimos testes deducendi, solenniter protestus est.